tim ex quo in utero virginis
cepit et homo fieri inciperet
verus esset et deus Unde
et eadem gloriosa semper vir-
go maria non solum hominis xpi
sed et dei genitrix vere creden-
da et confitenda est Idem vi-
tate plenus erat ut est ipsa vi-
delicet verbi divinitate que
hominem illum singulari electione cum
quo una xpi persona esset
assumere dignata est non ali-
quid sue divine substantie he-
ri volut in faciendam hominis
naturam commutans sed ipsa a-
pud patrem manens totum quod
erat totam de semine david
naturam veri hominis quam non ha-
bat suscipiens Unde oportet
fratres karissimi ut gaudium humana re-
demptoris nostri nativitatem
hodie omni devotione reco-
lamus et divinam potentiam et humanam
[eius] eius naturam nec uno sed gemino a-
plectemur amore divinam per
quam creati sumus cum non essemus
humanam per quam recreati sumus
cum perditi essemus Et quidem di-
vina nostri conditoris virtus sine
assumptione humanitatis nos re-
creare erat ydonea humana
autem eiusdem nostri redemptoris
infirmitas sine assumere se et
inhabitante in se et operante per
se divinitate nos recreare ne-
quivit Et ideo verbum caro
factum est id est deus homo factus est
et habitavit in nobis Ut per cog-
natum nobis hominis habitum nobis
conversando congrueret nos al-
loquendo instrueret nobis viam
vivendi preberet pro nobis cum hoste
confligeret iniquam mortem mori-
endo ac resurgendo posset des-
truere Postea eternam non prius di-
vinitate nos interius vivifi-
cando ad divina sustolleret re-
missionem nobis peccatorum preter-
et spiritus sancti dona concederet
et post bonorum perfectionem operum
non solum nos ad videndam gloriam
claritatis sue perduceret humanita-
tis sed et incommutabilem no-
bis certam sue divine maies-
tatis ostenderet qui cum patre vivit et
regnat cum patre in unitate
spiritus sancti per omnia secula seculorum
Amen

Heri celebravimus temporalem
sempiterni regis nostri nata-
lem hodie celebramus trium-
phalem militis passionem Heri
enim rex noster trabea carnis
indutus de aula uteri virginalis
egrediens visitare dignatus
est mundum hodie miles
de tabernaculo corporis exiens
triumphator migravit ad celum
Ille sempiterne deitatis ma-
iestate servata servile cinc-
torium carnis assumens in huius
seculi campum pugnaturus
intravit iste deposito cor-
ruptibili corporis indumento
ad celi palatium perhenniter
regnaturus ascendit Ille des-
cendit carne velatus iste

ascendit sanguine laureatus
Descendit iste lapidantibus
iudeis · quia ille descendit
letantibus angelis Gloria
in excelsis deo Heri exultātes
sancti angeli cantauerūt Ho
die stephanū letantes in suo
ↄsorcio susceperūt · Heri dn̄s
exiuit de vtero virginis · Ho
die miles egressus ē de ergas
tulo carnis · Heri xp̄us p no
bis ē pannis inuolutus · Hodie
stephanus stola ē ab eo imor
talitatis indutus Heri p̄sepis
angustia xp̄m portauit in
fantē · Hodie imēsitas celi
suscepit stephanū triūpha
tem Solus descendit dn̄s
ut multos eleuaret · humilia
uit se rex nr̄ ut suos milites
exaltaret Qui enim corpi
suo v'ginis p̄parauit vterū
ipē martiri suo dignatus ē
apire celū · Dominus ihē
xp̄us angustias intrare non
dedignatus est vteri · ut a
nima stephani latitudo sus
ciperet celi Noscimū tn̄ nobis
ē fr̄es agnoscē quibus armis
p̄munitus stephanus seuicia
iudeorū potuit supare vt
ita meruisset feliciter triūpha
re Nobis enim p̄pendenda sunt
talis virtutis talisqz triūphus
haut enim vilibus armis po
tuit p̄muniri · qui a multis
nō potuit supari In virtute nāqz
i eo emicuit insignis v'tutis
que nec frementiū seuiciam

formidauit · nec lapidātiū
ictibus succubuit Vsqz adeo
enī int frementes p̄mansit
intrepidus · et int lapidanciū fu
it cruciamēta securus · ut i
credulitatē iudeorū fidentius ar
gueret · et benignius p lapi
dantibus exoraret Quod ē
ergo tā magnū atqz insupa
bile genus armorū · quo
munitus seuientes argueret
lapidantes nō expauens · sed
paciens superaret insup et om
nis aula celestis ingressus vincit et
coronatus intrauit ē · Deus du
bio minime septus in
latens ē ab aduersariis sup
atus · qui cū rex in celo sit altis
simus p nobis humilis venit · si
carnis venire nō potuit Mag
nū quippe donatiuū suis mi
litibus attulit quo eos nō so
lum copiose ditauit sz etiā ad c
tandū inuictissime confortauit
Attulit nāqz donū caritatis q
perduceret homines ad consorciū
deitatis Quod ergo attulit
erogauit nec sibi aliquid mi
nuit · sed mirabiliter et suorū
fidelium pauperiem ditauit
et indeficientibus thesauris
plenus ipse p̄mansit Caritas
que ad terras de celo posuit
xp̄m · ipa stephanū de terris
eleuauit ad celū Caritas q
p̄cessit in rege ipa subseq
tur refulsit in milite O admi
randa vbiqz potēcia salua
toris O p̄admiranda indesinē

rer gratia redemptoris. Ostendit in matre virginitatis certe miraculum. Demonstrat in martire caritatis indicium. Integritas quippe intemerata permansit in virgine. Dilectionis vestis devota perseveravit in martire. Et sicut in matre domini non potuit virginitas violari, sic in martiris mente non potuit Christi caritas tanto sevientium agmine superari. Stephanus ergo ut nominis sui coronam meruisset accipere caritatem pro armis habebat, et per ipsam ubique vincebat. Per caritatem dei sevientibus iudeis non cessit. Per caritatem proximi pro lapidantibus intercessit. Per caritatem arguebat errantes ut corrigerentur. Caritatis virtute subnixus vicit Saulum crudeliter sevientem, et quem habuit in terra persecutorem in celo meruit habere consortem. Ipsa sancta et indefessa caritas desiderabat orando acquirere quos nequivit monendo convertere. Neque enim fratres existimandus est Stephanus tunc primum inimicos dilexisse cum pro eis oraret, et non dilexisse cum eorum incredulitatem arguendo corriperet. Absit hoc ab anima martiris ad celi palatium festinantis. Ipsa enim sancta caritas firmam servavit in oratione patientiam, que rigidam tenuit in correptione censuram. Et ideo corde audiri meruit lenitas, quia non sine caritate fuit in correptione severitas. Ac per hoc sive orando sive corripiendo caritatem beatus Stephanus servavit, quia ubique salutem errantium cogitavit. Et indicio sancte orationis ostendit increpationem illam non fuisse odii sed amoris. Hoc autem faciens et parentibus caritatem beatus martir exhibuit et utile nimis exemplum posteris dereliquit. Demonstrat enim germanitas ecclesiastici dispensatoris industriam beatus Stephanus, ut ad corrigendum cuiuslibet peccantis errorem et non desit in ore correptio et ad deum suppliciter pro eo effundatur oratio. Ut qui male facit per increpationem de malis operibus confundatur, et per orationem apud deum adiuvetur. Sic scriptura caritatis et in ore iusticiam sonet ut errantem corrigat, et in corde patientiam servet ut pro errante orationem puro affectu dilectionis effundat. Qui enim errantem non corripuit de negligentia iudicatur. Qui autem pro eo non oravit de duritie condempnatur. Quocirca fratres si quis aliquis pro anime salute corripitur non aspernatur accipiat monita caritatis, nec presentem tristiciam sive voluntatis attendat, sed consideret que lucra utilitatis acquirat. Ideo enim arguitur ut a pravis operibus corrigatur. Nec tamen videt correptione aliquorum austeritate fervere existimet caritatem in corde

frigescat. Sit enim vigilans in ore correptio, ut in corde non dormiat oratio. Et pro hoc in utroque peccanti consulte prospiciat. Ut dum homo corruptus de peccato confunditur et a malis operibus separatur et per correptionem deo miserante salvetur. Nam et sancta scriptura dicit: quem enim diligit dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit. Christi ergo caritate compulsi et bonos hortemur ut in bonis permaneant, et malos compellimus ut a malo discedant, presertim quia in istis duobus sanctis geminum nobis monstratur salutis indicium. Ut si quis bonus est imitetur perseverantiam caritatis in Stephano; qui autem malus est sectetur exemplum conversionis in Paulo. Et qui bonus est equitatem usque in finem teneat, qui autem malus quantocius a sua pravitate discedat. Nec bonum hominem presumptio superbie faciat negligentem, nec malum iniquitas faciat desperantem. Sed ille bonum fortiter teneat, iste malum celeriter deserat. Bonus timeat ne cadat, malus conetur ut surgat. Quisquis ergo malus est cum Paulo persistat in malo ut cum eo erigatur in bono, quia et ille cecidit malus et surrexit bonus. Prostratus est iniquus et erectus est iustus. Cecidit sevissimus persecutor et surrexit veridicus predicator. Cadens lumen corporis impius perdidit, surgens lumen cordis insperatum accepit. Commutatus est magis Stephano factus ovis ex lupo. Et certe nunc Paulus cum Stephano letatur, cum Stephano Christi claritate perfruitur, cum Stephano exultat, cum Stephano regnat. Quo enim precessit Stephanus trucidatus lapidibus Pauli, illuc secutus est Paulus adiutus orationibus Stephani. Hec enim vera vita fratres mei, ubi nec Paulus de Stephani occisione confunditur, sed Stephanus de Pauli consortio congratulatur, quia caritas in utroque letatur. Caritas quidem in Stephano superavit sevitiam Iudeorum, caritas in Paulo cooperuit multitudinem peccatorum. Caritas in utroque promeruit regnum possidere celorum. Caritas est igitur fons et origo omnium bonorum, munimentum egregium, via que ducit ad celum. In caritate qui ambulat nec errare potest nec timere. Ipsa dirigit, ipsa protegit, ipsa perducit. Quo circa fratres quia scalam caritatis construxit Christus per quam ad celum omnis possit conscendere christianus, puram caritatem fortiter tenete, ipsam vobis invicem exhibete, et in ea proficiendo conscendite. Insistite operibus bonis ut ad premia eterna pervenire possitis, adiuvante gratia Christi domini salvatoris.

fres kmi celebr